

C O R P U S
I U R I S C A N O N I C I
E M E N D A T U M E T N O T I S I L L U S T R A T U M
G R E G O R I I X I I I P O N T . M A X .
I U S S U E D I T U M
L I B R O V I I D E C R E T A L I U M
E T
I O . P A U L I L A N C E L O T T I
I N S T I T U T I O N I B U S
A D A U C T U M .
A C C E S S E R U N T
L O C I C O M M U N E S U B E R R I M I
E T
I N D I C E S T I T U L O R U M C A N O N U M Q U E O M N I U M
summa diligentia ac nova methodo concinnati.

T O M U S P R I M U S .

Editio magna fide a mendis purgata , ad meliorem ordinem , et ad antiqua exemplaria redacta , cui plura sunt adiecta maioris distinctionis gratia , quæque nunc primum cum Pithœana editione collata per parvas notas asteriscis indicatas utramque et Pithœanam , et Colonensem complectitur.



A U G U S T A E T A U R I N O R U M M D C C L X X V I
— E X T Y P O G R A P H I A R E G I A .

GREGORIUS PAPA XIII
ad futuram rei memoriam.

Cum pro munere Pastorali humeris nostris iniuncto id præcipue nobis propositum habeamus, ut omni studio, diligentiaque omnes Christi fideles, his præsertim tam gravibus, calamitosisque temporibus in recta, & Catholica fide continere cutemus: ac propterea id in primis nobis agendum, & providendum sit, ut omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus, dudum ob huius rei executionem, exhibitis nonnullis ex Fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina, & pietate insignium Virorum studio, decretum Gratiani nuncupatum absque Glossis, necnon idem Gratiani decretum cum decretalibus Gregorii Papæ IX prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extravagantibus, non modo cum veteribus Glossarum auctoribus, quibus, cum viri pii, & catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob errorem in illis, vel quia nondum pleraque a sacris conciliis diffinita fuerant, liberius locuti sunt: verum etiam cum his, quæ ab impiis scriptoribus tam extra in marginibus, quam etiam intra asperfa fuerant Catholicæ veritati contraria, revidendi, corrigendi, & expurgandi eum demandavimus. Cum autem ipsum decretum absque Glossis a præfatis a nobis deputatis iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illustratum exsilit, ipsiusque maior pars a dilecto filio Paulo Constabili, tunc sacri nostri Palatii Apostolici Magistro, una cum dictis decretalibus felicis recordationis Gregorii IX prædecessoris nostri iam impressis, recognita, & approbata sit: reliquum vero eiusdem decreti una cum annotationibus prædictis tam absque Glossis, quam ipsum totum cum Glossis, Sextumque, & Clementinas simul, & Extravagantes, a dilecto filio Sixto Fabri, eiusdem Palatii nostri Apostolici Magistro, regnoscenda omnia, & approbanda in officina populi Romani, quæ ad hoc potissimum, ut libri sacri in ea fideliter, & incorrupte imprimantur, erecta fuit, imprimi, & impressa divulgari iusserimus: ac ut ad maiorem Christi fidelium ubique tam intra, quam extra Italianam, citra, & ultra Montes commorantium commoditatem, hoc iuris canonici Corpus fideliter, & incorrupte iuxta exemplar hic Romæ impressum a Catholicis Typographis, a Romano populo, sive ab eo deputatis, vel pro tempore deputandis electis, imprimi possit. Nos opportune providere volentes, ut hoc Ius canonicum sic expurgatum ad omnes ubique Christi fideles sarcum teatum perveniat, ac ne cuiquam liceat eidem operi quicquam addere, vel immutare, aut inverttere, nullave interpretationa adiungere: sed prout in hac nostra Urbe Roma nunc impressum fuit, semper, & perpetuo integrum, & incorruptum conservetur: motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ

CONCORDIA DISCORDANTIUM CANONUM

AC PRIMUM :

DE IURE DIVINÆ, ET HUMANÆ. CONSTITUTIONIS.

DISTINCTIO PRIMA.

HUMANUM genus duobus regitur, naturali videlicet iure, & moribus. Ius naturale est, quod in Legi, & Evangelio continetur, quo quisque iubetur alii facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alii inficere, quod sibi nolis fieri. Unde Christus in Evangelio a: Omnia quæcumque vultis, ac faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc est enim Lex & Prophetæ.

Correctores Romani. § 1 de Iure) Hoe loca in manuscriptis codicibus magna est varietas. Nam partim nulla est hac loco in scriptio: partim vero legitur: de iure scripto, & non scripto, & quod cui præponatur, & legum auctoribus, & diuorum malorum electione, iure dispensatione. Aut: Ac primum de iure constitutionis naturæ divinae, & humanae. Aut: De iure naturæ, & humanae constitutionis, quam Dominicus de Geminiano agnoscat, & existat in eorum omnibus antiquioribus editiis. Aut: De iure naturæ, & confirmationis, que in scriptis maxime videtur convenire traditioni Gratiani, qui sepe ad hæc capita revertitur, ut initio distinct. 5, 7, 8, 15. Et xi q. 3 c. si que causa. Hunc totum locum indicans scribit: Requirere in principio, ubi dissidentia signantur inter ius naturale, & ius confirmationis. Veritatem in hac tanta varietate, que, ut alia concilia misericordia, argumento esse posse, nullam hic & Gratianus ipso possum esse rubricam, satis risum est, recentia vulgaris Lectione, generaliter indicare.

C. I. *Divina leges natura, humana moribus conflent.*

Hinc lib. in 1 lib. Eymol. cap. 2 art:

Omnes leges aut divina sunt, aut humanae. Divina natura, humanae moribus constant; idemque hæc discipiunt, quoniam alii aliis gentibus placent. §. 1 Fas lex divina est: Ius lex humana. Transire per agnum alium non est, ius non est.

Gentianus. Ex verbis huius autoritaris evidenter datur intelligi, in quo differant inter se lex divina, & humana; canone, quod sas est, nomine divina, vel naturalis legis accipiatur; nomine vero legis humana, mores iuri conscripti, & traditi intelliguntur. §. 1 Est autem ius generale nomen, multas sub se continens species.

C. II. *Ius genus, Ius autem species est.*

Unde in cod. lib. Eymol. c. 3 lib. art:

Ius generale nomen est; Ius autem iurius est species. Ius autem est dictum, quia iustum est. Omne autem ius legibus, & moribus constat.

C. III. *Quid sit Lex.*

Lex est c. constitutio scripta.

C. IV. *Quid sit Mos.*

Mos 1 est longa & consuetudo, de moribus tantummodo M e mala.

Tom. I.

a Matth. 7. b per alienum) in Isid. manuf. c Isid. cod. c. 3 d Isid. ibid. Ivo p. 4 c. 290. e tantundem) in orig. manuf. script. & aliquot Gratianis.

Correctores Romani. § 1 Apud Isidor. haec antecedunt: Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nama lex & legendo vocata est, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est &c.

C. V. *Quid sit Consuetudo.*

Consuendo autem a est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. §. 1 Nec differt, an scriptura, an ratione constitut, quando & legem ratio commendat. §. 2 Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione constitut, darentax quod religioni conveniat, quod disciplina congruat, quod saluti proficiat. §. 3. Vocans autem consuetudo, quia in communione est usus.

Gratianus. Cum itaque dicatur: non differt, utrum consuetudo scriptura, vel ratione constitut: apparet, quod consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantum uterum est reservata. Quæ in scriptis redacta est, constitutio, sive ius vocatur: b qua vero in scriptis redacta non est, generali nomine, consuetudo videlicet, appellatur. §. 1 Est autem & alia divisio iuris, ut in sed lib. 5 c. 4 testatur Isidorus, ita dicens.

C. VI. *Quæ sint species Iuris.*

Ius e autem aut Naturale est, aut Civile, aut Gentium.

C. VII. *Quid sit Ius naturale.*

Ius naturale est commune omnium nationum, eo quod ubique inquinatur natura, non constitutione aliqua habent, ut utilitas, & firmatio coniunctio, liberorum successio &c, & educatione, communis omnium possesso, & omnium una libertas, aquitatio eorum, quæ coelo, terra, marique capiuntur: item deposita rei, vel contumenda & pecunia restitutio, violentia per vim repulso. §. 1 Nam hoc, aut si quid huic simile est, nunquam iuris, sed naturale, exequumque habetur.

Correctores Romani. § 1 successio) In tribus codicibus manuscriptis Isidori, & aliquot Gratianus legitur: libertatem suorum, & educationem: quæ legio convenit cum lege. 1 f. de iure, & iure, veritate, hinc descendit.

C. VIII. *Quid sit Ius civile.*

Ius e civile est, quod quicunque populus, vel quicunque civitas, sibi proprium divina, humanaque causa constitut.

C. IX. *Quid sit Ius gentium.*

Ius f gentium est sedum occupatio, edificatio, munitione, bella, captivitates, servitudes, postliminia, fœderi, pacis inducia, legatorum non violandorum religio, communia inter alienigenas prohibita. §. 1 Hoc inde g ius gentium appellatur, quia eo iure omnes fere gentes utuntur.

A.

C. X.

a Isidor. ibid. Ivo ibid. Penn. l. 2 c. 151, Tertullianus in libro de corona militis. b Quando ita simpliciter, ut ex nomine famitur: sed si consuetudo publica auctoritate in scriptis redigatur, & auctoratur, ne dubitetur, an alia probatione opus sit, nihilominus conjectura est. c Ius aut naturale) orig. & aliquot Gratianus codices Isidor. cod. c. 4. d al. commoda restitutio. e Isidor. cod. lib. c. 5. f Isid. cod. lib. c. 4. g & inde ius gentium, quia eo orig.